


Caspar Habermann Adamus Köppen

Divina Annuente Clementia, Consensu & Autoritate, Magnifici Ictorum Ordinis in florentissima ad Varnum Academia Dissertationem Iuridicam De Operis Novi Nunciatione

Rostochii: Kilius, 1674

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741506068>

Druck Freier  Zugang




Verbst eines Heurdaßung

RU jur. 1674.

Caspar Habermann Pr.

Adam Köppen Resp.



38.
f. 912

DIVINA ANNUENTE
CLEMENTIA,

Consensu & Autoritate,

Magnifici Jctorum Ordinis in florentissima
ad Varnum Academia

DISSERTATIONEM JURIDICAM

De

OPERIS NOVI
NUNCIATIONE

PRÆSIDE

VIRO

*Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo & Ex-
cellentissimo*

DN. D. CASPARO
HABERMANNO,

Jcto & Antecessore hujus Academiae
Celeberrimo,

Dn. Fautore, Præceptore ac Hospite suo omni ob-
servantiâ colendo;

Placida ac erudita ventilationi commissurus est,

ADAMUS KÖPPEN, Wismariensis
AUTOR.

Die XXIII. Decembris Anno 1674.

In Auditorio Majori horis locoq; consuetis,

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

1674

VIRIS
MAGNIFICIS, NOBILISSIMIS, CONSULTIS-
SIMIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMIS,
DNNNS.

CONSULIBUS.
SYNDICO. SENA-
TORIBUS. PROTONOTARIO
ET SECRETARIO,

Inclytæ Reipublicæ Wismarien^{ses}
Dnnns, Patronis, Promotoribus, ⁱⁱ⁾to-
ribus, Parenti & Affinibus suis, omni Honoris,
Pietatis & Obsequii cultu ætatè devenerandæ,
prosequendis

EXERCITIUM HOC ACADEMICUM
in perpetuæ observantiæ
MONUMENTUM

Dedicat, Offert, Consecrat,
insimulq; STRENÆ loco,

A SUMMI NUMINIS BENIGNITATE
Omnibus & Singulis

Quoad ANIMUM, TRANQUILLITATEM amœnam:
Quoad CORPUS, SANITATEM incorruptam:
Quoad Utrumque & Patriæ Civitatis REGIMEN FELL-
CITATEM nunquam intermorituram:

Verè & ex animo optat ac precatur

AUTOR.



Q. D. B. V.
P R Æ F A T I O.

AD
L. B.



Ritum sanè, si quod aliud,
non cujusdam de fæce ple-
bis; sed Sapientiorum ser-
mone dictum: *Necessaria*
ignorari, dum non necessaria
addiscuntur. Ne igitur &
mihi sit, qui illud objiciat,
vitari posse videbar, si (mo-

nentibus quoq; Jureconsultis *in l. 1. ff. de suspect. tu-
tor. l. 6. §. 4. ff. de precar. §. l. 9. §. 8. ff. de Reb. cred. ea præ-
primis in Disquisitionem esse vocanda, quæ quoti-
diana, usumq; in judiciis habent frequentiore*) si
inquamejusmodi thema loco speciminis Acade-
mici discutiendum seligerem, cujus usus & Acade-
micus & Forensis foret: cujusmodi argumentum
cum nemine inficias eunte, sit Operis Novi Nun-
ciatio; Hinc non abs re me facturum existimavi,

A si can-

si eandem quatenus ingenii vires sinunt, opulenti-
us explicandam aggrederer. Quod si autem
B. L. vel quicquam impolitum, vel legum Roma-
narum principiis adversum deprehenderis, ve-
niam te mihi, augustissimum hoc juris ac justitiæ
Sacrarium vix ingresso daturum omnino confi-
do. Tuâ proinde B. L. cum æquanimitate tum
humanitate fretus, Te supreme rerum omnium
Moderator & Arbitrator, supplex oro, ut cœptis his-
ce meis adspirare, tuâque gratiâ mihi præsentis
hasce de Novi Operis Nunciatioe Theses con-
cinnanti adesse velis, ut sic easdem struam; ^{re}
fortè sit, qui novum quasi ingenii opus mihi jure
queat nunciare.

TITULUS I.

QVID ET QVOTUPLEX ET A QVO OPERIS NOVI NUNCIATIO.

§. I.

NOvi operis Nunciatio est legitima prohibitio al-
teri, contra pristinam formam ædificanti, ab eo,
cujus propter jus in re, quod habet, interest id
non fieri, facta, ne in ædificando vel demoliendo
pergat, donec de jure ædificantis constiterit, aut eo no-
mine præstita fuerit satisfactio *Dn. Struv. Syntag. Jur. Civ.
Exercit. 39. Th. 2. & in elegantissimâ Dissertatione de jur. Ædific.
Privat. Th. 72. Germanis vocatur die Verfündigung eines neuen
Baues oder neuen Gebäues. Gail. lib. 1. Observ. 16. n. 1. Almer's
Manual. Jur. in lit. N. Hahn. in Not. ad Wesenb. h. t. n. 3. Singula
Definitionis verba paucis nobis videntur expendenda ac (1.) dicitur
LEGITIMA i. e. jure concessa licet Prætorio l. 1. ff. de O. N. N. nam &
illud*

illud legitimum est, quod juri Prætorio est conforme, præsertim posteaquam Edicta Prætorum à Justiniano sunt confirmata *Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 18. Th. 1. Lit. A. & B.* qui ibidem benè advertit vel idèd dici legitimam, quod hunc effectum tribuit Prætor privatis opus novum nunciatis, quibus sine eo N. O. N. non competit. (2.) PROHIBITIO: Nunciare enim est prohibere five inhibere *l. 1. ff. b. t. ne opus novum fiat d. l. 1. §. 17. 18. l. 5. §. 6. l. 17. ff. eod. l. 7. §. 2. ff. quod vi aut clam Mejer. in Colleg. jur. Argent. ad b. t. Th. 2. Tholosan. in Syntag. Jur. Univers. lib. 4. cap. 27. n. 4.* (3.) CONTRA PRISTINAM FORMAM ÆDIFICANTI: quod fit, cum pristina facies operis vel soli mutatur *l. 21. §. 3. ff. b. t. l. 1. §. 11. eod.* Hinc si quis ædes ruinam minitantes vel fulciat vel tantum reficiat hoc edicto magis est ut non teneatur *d. l. 1. §. 13.* De quo pluribus infra.

§. 2. (4.) CUJUS PROPTER JUS IN RE QUOD HABET, INTEREST. quo significatur iis licere ex hoc Edicto nunciare, quibus vel ædificando vel demoliendo novo opere damnum inferitur *l. 1. §. 12. l. 3. §. 3. l. 5. §. 10. ff. b. t. l. unic. ff. de Remission.* (5.) NE IN ÆDIFICANDO: nam Objectum nunciationis novi operis est opus nondum perfectum & solum inchoatum, non quidem hoc sensu ut quod structum jam est, tollatur; sed ne in ædificando opere ulterius ædificans progrediatur *l. 5. §. 2. ff. b. t. Dn. Mevius part. 5. Decis. 103. n. 2. & 3.* (6.) NE PERGAT: facta enim nunciatione statim abstinere debet ab opere usque dum ea de re à Præatore fuerit cognitum, cujus jurisdictioni post nunciatum novum opus se litigantes committunt. *l. 1. §. 9. l. 8. §. 4. ff. b. t.* (7.) PRÆSTITA FUERIT SATISDATIO: Tollitur enim effectus Nunciationis præstita cautione de restituendo opere & omni damno. *l. 5. §. 17. l. 20. §. 1. ff. b. t. l. 1. §. 6. ff. de Prætor. stipulat.* quod tamen ad ea ædificiorum genera porrigendum non est, quæ alicubi invitis vicinis habere non licet, quia horum structura lege vel statuto prohibita, nunquam est permessa adeoque nec sub cautione concedenda. *Dn. Mev. part. 4. Decis. 136.* Et hisce paucis verba Definitionis illustrasse in præsens sufficiat.

§. 3. Dividitur N. O. N. IN PUBLICAM ET PRIVATAM *l. 1. §. 14. & 16. ff. b. t.* illa rursus subdividitur vel ratione CAUSÆ FINALIS, definiturque in *d. §. 16.* quod fit quæ in Republicâ publici juris tuendi gratia fit. *d. l. 1. §. 18. eod.* Vel CAUSÆ INSTRUMENTALIS, quæ fit per Præto-rem vel aliam personam publicam; quæ opponitur ei, quæ fit per

partem l. 5. §. 10. ff. b. t. Vel ratione CAUSÆ IMPULSIVÆ quando vel ex Senatus consulto vel lege aliquā fit nunciatio d. l. 5. §. 9. ff. eod. De quibus pluribus infra.

§. 4. Privata est quæ instituitur vel juris nostri conservandi vel damni depellendi gratiā l. 1. §. 19. ff. d. t. idque fit (1.) vel ob causam naturalem, cui tum locus est, quando in nostras ædes quid immittitur, aut in nostro ædificatur l. 5. §. 9. ff. eod. (2.) vel ob causam impositivam, cum quis contra servitutem ædibus suis impositam agit d. l. Bocer. Class. 4. Disp. 18. Th. 75. & seqq.

§. 5. Dividitur præterea ratione OBJECTI in TOTALEM, quæ fit in totam rem, & IN PARTIALEM, quæ fit in rei partem l. 5. §. 15. ff. b. t. Plurimum enim refert, an nunciatio dirigatur in totum an in partem: priori namque casu sufficit simpliciter novum opus nunciari: posteriori vero locus demonstratur oportet d. l. 5. §. 15. ff. eod. Absque enim eo si foret, justā excusaretur ignorantia ædificator. Oldendorp. Class. 3. Act. 7. n. 3. sub fin. m. p. 315. Eckholt. in Compend. ff. Tractat. ad h. t. §. 4. in fin.

§. 6. CAUSA EFFICIENS REMOTA est Prætor. Cum enim jure Civili nullum proditum esset remedium, quo obviaretur temeritati nova opera cum magno vicinorum detrimento extruentium. Sæpè enim in civitatibus divites vani magnifica ac splendida ædificia non habitā ratione juris vicinorum moliuntur vanissimā & inani gloriā tumidi: ita fatui & stolidi ut putent hic sibi perpetuū esse manendum Tholosan in Synt. jur. Univ. Lib. 4. cap. 27. num. 2. in fin. Inde Prætor naturalem secutus æquitatem, jus civile emendavit l. 7. ff. de just. & jur. & jus nunciandi maximo civium suorum commodo, edicto suo proposuit l. 1. ff. de O. N. N. CAUSA vero PROXIMA est voluntas nunciantium, qui hoc jure uti non prohibentur. Est enim nunciatio è genere permissorum. Nemo quippe ad denunciandum cogitur aut obnunciationem omissam punitur. Cum quilibet juri pro se introducto possit renunciare l. 29. C. de pact.

§. 7. Moverat vero Prætores, tum ipsa æquitas, cujus Prætores Romanos studiosissimos fuisse docent l. 1. ff. de minor. l. 1. ff. ex quib. caus. maj. tum cura tam privatæ quàm publicæ utilitatis. Præstat enim ante factum in tempore occurrere quam post causam vulneratam remedium quærere l. fin. C. in quib. caus. restit. in integr. necess.

91
*necess non est: tum gravioris alicujus periculi propulsatio. Metuen-
dum quippe est, ne vicini pertinacius de opere novo contententes
ad arma prosiliant, quos compescere boni & circumspēcti est iudicis
l. 13. §. 3. ff. de Usufr. Petr. Gregor. Tholosan. in S. J. U. Lib. 4. cap. 27. n. 2.*

TITULUS II.

De

HIS QUI OPUS NOVUM NUN- CIANT IN CAUSA PRIVATA.

§. i.

Nunciant in re privatâ qui in re, cui nocere novum opus
potest, aut dominium aut servitutem habent *l. unic. §.
3. ff. de Remiss.* Dominium quidam Interpretes dividere conve-
vère in DIRECTUM & UTILE: illud vocant quo ipsa res nostra est: hoc
vero quo jus aliquod in re alicui est constitutum, quale putant habere
Vasallum, Emphyteutam &c. Verum invitâ Jurisprudentiâ adeo ut
Ludovellus Disp. 4. t. b. 4. in fin. Lit. D. ad Instit. nec docendi gratiâ
eam tolerandam existimet. *Vid. Wissenb. Disp. 9. ad Inst. n. 21. item
Bronch. cent. 1. Misc. 38.*

§. 2. Competit itaque jus nunciandi præprimis DOMINO *d. l.
unic. §. 3. ff. de Remiss.* etiam prædii provincialis *l. 3. pr. ff. de O. N.
N. quinimo & PUPILLIS*, modo nuncient autoritate tutoris interve-
niente, atque res ad eorum commodum pertineat *l. 5. pr. ff. d. t. ve-
luti si luminibus aut prospectui officiat: Quod vero Autoritas
tutoris in nunciatione à pupillo factâ requiratur id hanc habet ra-
tionem: quod aliquando pupillo possit esse damnosa l. 5. in pr. ff.
b. t.* Si enim causa nunciationis fuerit minus justa potest conveniri
pupillus actione in factum ad interesse *arg. l. 11. ff. de Præscr. Verb.
& §. fin. Inst. de L. Aquil.* Nunciant tamen etiam recte novum
opus TUTOR & CURATOR *l. 7. §. 1. ff. b. t.* Sed quid si plurium domi-
norum rei opus noceat, uniusne nunciatio reliquis proderit an vero
soli nuncianti? Omnino hoc in casu existimo distinguendum cum
Fachin, Lib. 8. Controvers. cap. 46. inter opus, dominis omnibus

A 3

quan-

quandocumque dividendum rem communem nociturum: ut si contra servitutem jure competentem ædificetur. Hæc enim individua est, & omnibus competit *l. 4. §. 3. ff. si servit. vind.* quo casu unius ex dominis nunciatio reliquis prodest: & inter ejusmodi opus, quod non omnibus dominis licet à communione rei discedentibus est detrimento futurum: tum ratio legis se bene habet, quia fieri potest, ut nunciatorum alter habeat jus prohibendi, & alter non habeat *l. 5. §. 6. l. 21. §. 6. ff. h. t.*

§. 3. Non vero nunciat Socius Socio in re communi *l. 3. §. 2. ff. h. t.* cujus sensum putat *Barcolus in d. l. n. 1.* esse hunc: si opus ab uno ex sociis in re communi factum noceat socio, cessare nunciationem, eo quod competat actio communi dividendo & officium judicis mercenarium instituta actioni subserviens, quam explicationem merito rejicit *Bachov. ad Treutl. Vol. 2. D. 18. tb. 2. Lit. B.* qui ait sententiam *d. §.* hanc esse, socium socio non posse nunciare verbis aut jactu lapilli; sed ædificationem vel instituta actione communi dividendo *d. l. 3. §. 2.* vel per Prætorem esse inhibendam. Cui si non pareat ædificans opus exemplo nunciationis suis sumptibus demoliri tenebitur *l. 28. ff. commun. divid.*

§. 4. Sed quæ est differentia inter Verbalem & Prætoriam Nunciationem quoad socios? Resp. esse hanc quod illa facta à socio non subsistat, hæc secus. Cujus ea ratio est quod verbalis Nunciatio requirat rem distinctam cum fiat in rem adversarii: Hoc casu autem res non est distincta sed communis, non vero Prætoriam: attamen satis est quod Prætor defensor sociorum jura prohibeat ne socius in re communi ædificet. *Perez. in Prælect. Cod. b. t. n. 9. in fin.* Nec officit. *l. 3. §. 2. ff. h. t.* ubi generaliter asserit Jurisconsultus non posse socio nunciari novum opus à socio. Ergo nec per Prætorem, cum etiam Prætoriam nunciatio sit species nunciationis. Resp. enim loqui *Jctum d. §. 2.* non generaliter de omni nunciatione; sed solum de verbali aut de ea quæ fit per jactum lapilli, ob rationem paulo ante allatam. *Vid. Bachov. d. l.* ubi reliqua Contraria solvit.

§. 5. At vero BONÆ FIDEI POSSESSORI licebit Novum opus nunciare? Cum enim pro domino propè in jure habeatur *l. 48. ff. de A. R. D. junctâ l. 136. ff. de R. Jur.* idemque jus illi quod domino prædio.

diorum tributum sit *l. 25. §. 1. v. Porro b. f. possessor ff. de Usur. rectè*
etiam, cum ejus vel maxime ob rem b. f. possessam interfit ad N.
O. N. cum aliis admittitur *l. 1. §. 19. ff. b. t. l. 181. eod. de V. S. Mej.*
in C. J. A. ad b. t. Th. 4, n. 7. Bocer. Class. 4, Diss. 18. Th. 30. De CRE-
DITORE num ratione pignoris in prædio sibi constituto possit Novum
opus quoque nunciare dubium est. Et sanè cum neque dominium
neque servitutem habeat, in numerum novum opus nunciantium,
non videtur recipiendus. Veruntamen cum & ei ob servitutes fun-
do pignorato debitas competit vindicatio, rectè admittitur ad Novi
operis nunciationem *l. 9. ff. b. t. l. 16. eod. de servit. l. unic. §. fin. ff.*
de Remiss. præcipuè cum sit verus rei possessor l. 37. l. 22. §. 2. ff. de
Pign. act. l. 1. §. 15. eod. de Acqu. possess. habeatque possessoria inter-
dicta l. 1. §. 9. ff. de vi & vi armata arg. l. fin. ff. Uti possid. Bachov. ad
Treutl. Vol. 2, D. 18. th. 2. Lit. B.

§. 6. Hisce annumerandi SUPERFICIARIUS utpote cui etiam
utilis in rem actio dari dicitur *in l. 3. §. 3. ff. b. t. arg. l. 1. §. 1. ff. de super-*
fic. EMPHYTEUTÆ item non solum Patrimoniales; sed etiam cæteri
qui fundorum quidem domini non sunt; sed tamen jus dominio
proximum habent *l. 1. §. 1. ff. si ager vectigal. suntque similes super-*
ficiariis l. 16. §. fin. ff. de pignorat. act. l. 12. §. 2. & 3. eod. de public. in
in rem act. illisque prædii emphyteutici non modo conceduntur,
vindicatio l. 1. §. 1. ff. si ager vectigal. ; sed & servitutum prædio de-
bitarum utilis petitio l. 16. ff. de Servit. Mej. in C. J. A. b. t. th. 4
num. 10. VASALLUS quoque 2. Feud. cap. 1. vers. Rei autem per bene-
ficiium tit. 8. & tit. 43.

§. 7. SERVITUTUM Realium nomine conceditur quoque Novi
operis Nunciatio *l. 5. §. 9. l. 15. ff. b. t. l. 1. §. 3. eod. de Remiss. Qui-*
dam ut dissidium quod est inter l. 14. ff. b. t. Et inter alios textus ut-
pote d. l. §. 9. eod. l. 6. §. fin. ff. si servit. vind. & l. unic. §. 3. ff.
de Remiss. servitutum Realium causâ permittentes Novi operis
Nunciationem, componant, distinguunt inter Servitutes Urbanas &
Rusticas, ad illas, non ad has pertinere edictum de O. N. N. persuasi,
quos inter Duarenius quem hæc ratio potissimum movisse videtur,
quod novum opus servitutibus Urbanorum prædiorum magis no-
ceat, quam fortè rusticorum v. g. Vfa (de eâ enim nominatim agit
d. l. 14.) cum per alium locum via possit constitui argum. l. 2. §.
pen.

pen. ff. de Religioſ. & ſumpt. fun. l. ſuo. ff. de Rivis: Sed hæc diſtin-
ctio & ejus ratio non videtur mereri aſſenſum, tum quia ſolum po-
nitur diſcrimen inter ſervitutes Urbanas & Viam, tum quia ejus
ratio non ſemper obtinet, nam quandoque loci anguſtia non fert,
ut per aliam partem via conſtituatur, tum quia in *allegatis textibus*
l. unic. ff. de Remiſſ. & l. 5. §. 9. ff. b. t. diſtinctio allata non reperit-
tur, quin potius generaliter aſſeritur, ſervitutum Realium nomine
licere cuiq; novum opus nunciare, tum quia & in Ruſticis ſervitutibus
obtinere Nunciationes probat *l. 8. pr. ff. b. t. l. 47. ff. famil. her-
ciſc.* Aliã diſtinctione alii diſſidium hoc tollere conantur, nempe
diſtinguendo inter ſervitutes, quæ conſiſtunt in patiando, & quæ
conſiſtunt in non faciendo *l. 15. §. 1. ff. de ſervit.* in illis Novi ope-
ris nunciacionem locum habere negant; ſecus vero in his: Sed re-
pugnat huic diſtinctioni tum generalitas *allegatorum textuum*,
tum quod nullibi negetur de ſervitutibus Prædiorum Ruſticorum,
Novi Operis Nunciatio.

§. 8. *Corasius lib. 5. Miſcell. cap. ult. ad d. l. 14.* nodum hunc
ſic ſolvere conatur: Certi, ait, eſſe juris licere Domino prædii ſer-
vientis in eodem opus ſtruere, modo ſervitutis uſui non obſit ar-
gum. *l. 20. §. ſin. ff. de ſervit. Præd. Urban.* jam vero ſi is, qui ſer-
vitutem viæ vicino debet, per determinatam fundi partem, eandem
novã ſtructurã fortè terrenam in lapideam convertendo exornet,
non poterit ei novum opus nunciari. Nam uſui ſervitutis hoc viæ
ornamentum non officit. Satis divinatoriè: Equis enim ſibi per-
ſvaſerit, Ictum Julium ad hunc ſpecialem caſum reſpexiſſe?
Cujacius Lib. 1. Obſerv. 17. diſtingvit inter Nunciacionem novi operis
quæ fit extraneo, & quæ fit ipſi domino per *l. unic. §. 4. ff. de Re-
miſſ.* quem ſequitur *Eckh. in Comment. ff. b. t. §. 7.* Sed difficile eſt
d. l. 14. reſtringere ad eum caſum, quo ipſe dominus in viã ædi-
ficat. *Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Diſp. 17. th. II. Lit. B. p. m. 328.* qui
ibidem rectius diſtingvit inter Nunciacionem, quæ fit directò & quæ
fit per Vindicacionem ſervitutis in conſequentiam, *Add. Schnobel. Diſp.*
19 th. 5. ad. ff.

§. 9. USUFRUCTUARIUS novum opus nunciare, niſi nomine
Procuratoriò, non poteſt *l. 1. §. ult. ff. b. t.* Unde ſequitur, quod non
poſſit Domino novum opus nunciare; ſed contra eum poteſt expe-
riri

91
riri Confessoria, quia credibile non est, eum adversus seipsum dedisse
mandatum. Sed negotium accessit *l. 1. §. 4. ff. de Remiss.* Resp.
quidam d. l. Juliani sententiam solum referri ab Ulpiano, non autem
probari: sed merito reprobatur hæc Responso, quia (a) Divinatoria
est. (b) falsum est referre solum Ulpianum Juliani sententiam,
quin imo expressè approbat ejusdem sententiam *in verbis: servitutum
vindandarum jus esse usufructuario secundum quod Sc.*
Rectius ergo Respondetur *ad l. c.* eam esse intelligendam de casu
quo usufructuarius extraneo novum opus nunciat, & quidem nomi-
ne procuratorio. Non obstat quod usufructuarius habeat in re
servitutum, ac proinde opus novum nunciare suo nomine queat.
Resp. Non prædiale; sed personale. Appellatione enim servi-
tutum generali, continentur servitutes reales *t. t. ff. de Servit.* De-
inde diversa est ratio Realium & Personalium servitutum; nam
jus usufructuarii finitur tempore & morte usufructuarii, secus est in
servitutibus prædiorum. Jus igitur usufructuarii est jure servitu-
tum realium longè infirmius. *Vid. Brunne man in l. 1. ff. b. t. sum. 13.*

§. 10. INQUILINOS & COLONOS proprio nomine nunciare non posse certum est per *l. 3. §. 3. ff. b. t.* Sed an nomine Procuratorio exemplo Usufructuarii nunciare possint quaesitum est? quod merito negant communiter Dd. qui, licet concedant, habere usufructuarius quasi tacitum & generale mandatum à Domino rei circa administrationem per *l. 1. §. fin. ff. usufructuar. quemadm. cav.* negant tamen id Inquilinis & Colonis, quia ex simplici contractu conductionis ejusmodi mandatum induci non potest. Dico EX SIMPLICI CONTRACTU, quia si ex verbis contractus de tali mandato constet, dubium non est, quin jus novi operis nunciandi exemplo Usufructuarii ei sit tribuendum argum. *l. 11. ff. locati l. 13. §. 7. eod. Bachov. ad Treutl. Vol. 2. D. 18. Tb. 2. lit. A.* ubi rectè hanc limitationem addit: Si dominus sit absens nec ei possit nunciari, & periculum sit in morâ *l. 1. C. si per vim aut alio mod. abs. turb. sit poss. in fin. arg. l. 18. §. 1. ff. de judic.*

§. 11. PROCURATOR VERUS non aliter potest novum opus nunciare, quam si caveat de rato *l. 5. §. 18. ff. b. t.* At qui à vero Procuratore exigetur cautio de rato? Resp: loqui textum de generali
B rali

rali Procuratore ad negotia, qui quidem Verus est Procurator; sed si in iudicio agere velit non aliter admittendus erit, quam cum cautione de rato *Brunneman. in Comment. ff. ad l. 1. b. t. n. 11.* Nam & alius Procurator Generalis ad negotia citra mandatum speciale ad agendum rem in iudicium deducere & præstitâ cautione de rato nomine domini actiones petere potest *l. 33. §. 3. l. 39. §. 1. ff. de Procurat.*

TITULUS III, De HIS QUI NUNCIANT IN CAUSA PUBLICA,

§. 1.

NOVUM porro Opus nunciant in causâ publicâ **QUILIBET DE POPULO** *l. 3. §. ult. ff. b. t.* Reipublicæ enim interest quam plurimos ad defendendam suam causam admitti *l. 4. ff. d. t.* Sic si in præjudicium Ecclesiæ quis novum faciat opus, quilibet ex Parochiâ nunciare potest *cap. si quis Præbyterorum 6. X. de Reb. Eccles. alienand. vel non. Brunneman. in Comment. ff. ad l. 3. b. t. n. 5. Bart. ad. d. l. 3. §. fin. n. 9.*

§. 2. Limitatur autem hæc Assertio, si nempe in causâ publicâ Opus novum nunciaturus sit idoneus, qualis non est **SERVUS** *l. 5. §. 1. ff. b. t.* **PUPILLUS**; ne quidem tutoris autoritate interveniente *d. l. 5. pr. eod.* utpote ad cuius officium non pertinent, quæ publica sunt *arg. l. fin. ff. de Cumt. furios.* **PEREGRINUS**, nisi ejus intersit veluti si ædificetur in viâ publicâ & itinere publico *Bartolus in l. 3. §. ult. b. t. num. 3. arg. l. 1. §. fin. ff. de Via publ. & itin. publ. Petr. Gregor. Tholosan. in S. J. U. Lib. 4. cap. 27. n. 9.* Sed quid de **INCOLIS**? Eos admittendos esse ad nunciandum in causâ publicâ censet *Bachov. ad Tr. Vol. 2. D. 18. Th. 2. Lit. A.* hoc argumento: Quicumque in civitate munera subit publica, is ad nunciandum in causâ publicâ admittendus est.

Atqui incola in civitate sustinet munera publica *l. 29. ff. ad Municipal. l. 1. 4. §. & 6. C. de Incolis.* Ergo:

Sed

Sed pro Dissentiente *Treutlero* facere videtur *l. 3. §. fin. ff. h. t.* Responderi potest *Jctum ind. l. 3.* egisse de iis qui regulariter opus novum nunciant quales sunt cujusq; civitatis cives *Bachov. d. l.*

§. 3. MINORI 25. ANNIS jus nunciandi competere in causâ publicâ plurimiflatuunt. Moventur (1.) Hâc ratione, quia Reipublicæ administratio ipsis committitur *l. 57. ff. de. Re. jud.* (2.) Quia ejus sunt discretionis, ut possint in publicum prodire *l. 1. §. 3. ff. de postul.* Dissentit *Bart. ad l. 5. ff. h. t. num. 1.* Hoc præcipuè fundamento, quod si ædificans post nunciationem novi operis desistat ab opere, teneatur ei nuncians ad interesse & quidem actione in factum *arg. l. 33. ff. de dol. mal.* & sic Minor propter eam nunciationem damno afficeretur. Quid autem ad Contraria Respondendum DEO juvante, docebit ipse conficiendus. *Vid. Bachov. d. l.*

§. 4. MULIERES in causâ publicâ à nunciatione novi operis arcet communis *Dd. sententia*, tum propter *l. 1. l. 6. ff. de Popul. act.* tum quod femina ab omnibus officiis civilibus sive publicis sint remotæ *l. 2. ff. de R. Jur.* Contrarium tuetur *Consus per l. 3. §. fin. l. 4. ff. h. t. & argum. l. 5. pr. & §. 1. ff. eod. cui addi potest. §. 3. Inst. de suspect. tutor.* Verum à communi *Dd. sententiâ* hoc in casu non est recedendum.

TITULUS IV.

De

HIS QVIBUS NOVUM OPUS NUNCIATUR.

§. 1.

Nunciari jure potest omnibus iis, qui ædificando vel detrahendo mutare pristinam operis faciem conantur *l. 1. §. 11. & 12. ff. h. t.* sive in publico, sive in privato, sive intra sive extra oppidum, in villis vel agris *l. 1. §. 14. ff. eod.* sive in prædio provinciali *l. 3. pr. ff. eod.* nec solum proximo vicino. (*Vicini enim pro diversâ consideratione & ii dicuntur, qui contiguas ades;*

B 2

CS

Et qui è regione Et qui proximiores habent Dn. Struv. in D. de Edific. privat. Tb. 44. Dn. Mev. ad jus Lubec. Lib. 3. tit. 12. Art. 12. num. 20. Et seq.) sed etiam superiori facienti nunciari opus novum potest l. 8. ff. b. t. Sibi Bart. num. 1.

§. 2. Adversus eos omnes itaque habet locum Novi operis nunciatio qui in re præsentis Domini operisve nomine sunt, l. 5. §. 3. ff. b. t. Fit enim nunciatio non tam in personam quam in rem l. 10. ff. eod. ut adco absentes & invitos l. 1. §. 5. ff. b. t. imò furiosos & infantes teneat nunciatio, nec tutoris autoritas in eadem exigatur d. l. 10. modo tamen intelligenti facta fuerit l. 11. ff. eod. In summà non refert quis sit iste aut cujus conditionis, cui in re præsentis nunciatur; unde si & servo nunciatur vel mulieri, vel puero, vel puellæ valet nunciatio. Etenim sufficit in re præsentis operis novi nunciationem sic factam esse, ut domino possit renunciari l. 5. §. 3. ff. b. t. Verum quid si post nunciationem fabricis & opificibus factam, antequam tamen ad Domini notitiam pervenerit, aliquid novi operis exstructum sit? Resp. id destruendum esse & quidem impensis domini. Nam leges hanc nunciationem ut legitimam agnoscunt, proinde suo gaudebit effectu. Sibi enim imputet dominus quod in opere faciendo sibi non vigilet, nec etiam d. l. 5. §. 3. ff. b. t. requirit, ut domino sit renunciatum; sed ut nunciatio facta eidem potuerit renunciari. per d. t. Conf. Bachov. ad Treutl. l. c. Tb. 3. lit. F. qui hanc sententiam LIMITAT, nisi dominus, quo ignorante est ædificatum, statim possit jus suum ostendere, quo casu iniquum foret eum ad opus destruendum adstringi. OPIFICES autem si dolo & negligentia tardius quam oportuit, domino renunciaverint eidem ad interesse tenentur Petr. Frid. Mandan. de Mandat. Lib. 2. cap. 30. n. 13. Dn. Mevius ad Jus Lubec. Lib. 3. Tit. 12. Art. 15. num. 12. Bart. ad l. 5. §. 3. ff. b. t. n. 4.

§. 3. Unde porrò ea nunciatio in d. l. 5. §. 4. dicitur nullius esse momenti quæ forte fit domino in foro versanti, ex ratione, quod in re præsentis & ipso in opere id est in ipsa re nunciatio faciendæ est, quod idè placuit ut confestim per Nunciationem ab ipso opere discederetur. Nec Obstat ejusdem l. 5. §. 4. vers. ceterum si alibi Et. Respondet Bachov. d. l. Tb. 1. Lit. C. ad l. 5. §. 2. ff. quod vi aut clam. Resp. Bart. in d. l. 5. §. 4. ff. b. t. n. 6.

§. 4. Si

90
§. 4. Si plures adificent, sufficit Nunciationem factam esse in eum locum in quo novum opus fit, sive unus dominus sive plures adfuerint. Nam in *l. 5. §. 3. ff. b. t.* disertè cautum est nunciationem tenere, licet non adit dominus, *l. 10 l. 11. ff. d. t.* multo ergo magis fieri potest nunciatio uni domino presenti, cum is Condominis cæteris factam nunciationem renunciare possit: Quod si enim fabro imo puellæ vel puero existenti in re presenti facta nunciatio obliget dominum, cur non obligabit condominum si facta sit ejus socio? post nunciationem autem illam, si unus eorum opus ceptum profecutus fuerit, Ipsi soli non aliis condominis nocet *l. 5. §. 5. ff. b. t. l. 18. ff. eod.* Cui non obstat *l. 1. §. 5. ff. eod.* Resp. dici in *d. l. 1. §. 5.* ipsam nunciationem posse quidem fieri fabris, aut aliis in re presentibus domino etiam absente ac ignorante, modo eidem facta nunciatio, ab iis renunciatur: *l. vero 18. ff. b. t.* ait: Socium ignorare, non factam nunciationem, sed post eam socium in novo opere progressum. Porrigitur quoque nunciatio ad hæredes nunciati *l. 8. §. 7. ff. b. t.* ut & tertium possessorem *d. l. 8. §. 7. §. l. fin. eod.*

§. 5. PRÆTORI, tamen, dum gerit Magistratum, nunciari nequit; sed debet hoc casu is, cui opus nocet, apud Prætorem protestari, aut apud eos qui in ipso opere præsentibus, quod nunciari nequeat *l. 5. §. 7. ff. b. t.* Solæ tamen protestatio hoc casu non sufficit; sed postquam Prætor officio functus est, ei nunciandum est novum opus, quæ nunciatio retrahitur ad tempus protestationis, ita ut quidquid operis post eam factum est, destruendum sit. Rationem reddit *Barolus ad c. l. 5. §. 7. pr. l. 2. ff. de in jus vocand.* Sed cum hic articulus Romanæ Jurisprudentiæ hodie non habeat usum *Vid. Bachov. Vol. 2. D. 18. Tb. 3. Lit. E. p. 17.* hanc rationem etiam atque etiam discutientem. Occasione hujus in *l. 8. §. 6 ff. b. t. num. 1. & 12.* digreditur *Barolus* in Materiam protestationis, quam definit: Denunciationem cum testatione factam *l. 40. ff. de V. Signif.* eamque dividit (α) in Declaratoriam voluntatis protestantis. (β) Prohibitoriam sive Inhibitoriam nequid fiat. (γ) Incitatoriam ut aliquid fiat

B 3

fiat. (d) Certificatoriam alicujus quod est, vel quod non est.
Quæ omnia ibidem satis prolixè explicat. Sed hæc cum à nostro
instituto sint aliena ideò sit

TITULUS V.
De
OBJECTO NOVI OPERIS NUN-
CIATIONIS.

§. 1.

Objectum circa quod versatur Operis Novi Nunciatio, sunt
Opera, Structuræ & Edificia, quibus quis ædificando,
addendo, detrahendo, imponendo opus in alterius præjudi-
cium facit, & hoc ipso pristinam operis faciem immutat *l. 1. §. 11. ff.
b. t.* Undè huc non pertinet, qui ædificium vetus reficit, si scilicet
mera sit Refectio *l. 1. §. 13. ff. eod.* quæ est corrupti in pristi-
num statum reductio, in quâ servari debet vetus forma & mo-
dus, *l. 21. §. 3. ff. d. t.* à quo si recessum fuerit, Refectio conjuncta
est necessariò cum Opere Novo atque adeò non injustè adhibentur
Remedia hoc Edicto prodita *l. 3. §. 15. ff. de Trin. actuque privat. l. 1.
§. 13. ff. de Cloac. Dn. Mevius Part 3. Decis 163, num. 5.* Potest et-
iam locus fieri Nunciationi, si opus vetus prorsus collapsum multos
sic steterit annos, & postea reparètur. *Dn. Mev. l. c. num. 6. jung.
Boer. Decis. 44. n. 3.*

§. 2. Pertinet, vero huc etiam DESTINATIO parandi Novum
Opus, modo non sit simplex, & nuda; sed quæ ad actum aliquem
descendit, veluti si quis propter opus Novum exstruendum locum fa-
ciat expurgari, lapides & cœmenta convehicuret &c. *argum. l. 5. §. 2.
l. 20. §. 2. ff. b. t. Hillig. ad Donell. Enucl. Lib. 15. cap. 45. Lit. A.*

§. 3. Datur præterea Novi operis Nunciatio tum ad ea
Opera quæ solo sunt conjuncta *l. 1. §. 12. ff. b. t.* Hinc si
solo non sunt conjuncta quæ struuntur, licet de novo fiant ad hoc
(Edictum minimè referuntur v. g. pãlos figere, pontem exstruere,
*l. 1. §. 12. ff. eod. Petr. Gregor. Tholosan. S. J. U. Lib. 4. cap. 27.
num. 5.*

num. 5. Tum ad ea quæ INCREATA SUNT, non quæ jam sunt facta & absoluta. *Vid. quæ supra dixi ad Tit. 1. §. 2.* Non repugnat *l. 5. §. 7. ff. h. t. Resp. Bart. in l. 1. §. 1. ff. eod. pr.* Distinguendo inter Nunciationem quæ Verè & quæ Fictè opus factum præcessit. Nec enim ea quæ jam facta sunt, prohiberi possunt ne fiant, cum facta infecta fieri nequeant. *Gotthofred. in Not. ad d. l. 1. §. 1. ff. h. t. Lit. M.* Unde si quid operis jam factum est, quod fieri non debuit, utendum erit ei, cuius in damnum opus factum est interdictio quod vi aut clam, ut restitatur *l. 1. §. 1. ff. h. t. l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam. B. Carpzov. Lib. 1. Respons. Jur. Elect. 6. n. 10.* Ob opus quoque quod quis non modo in solo nunciantis ædificat; verum quod in proprio struit si id nuncianti nocere possit nunciationi locus est *l. 5. §. 10. ff. h. t. Mej in Colleg. Argent. Th. 9. n. 3.* Nec porro refert an jure an injuriâ opus factum sit, *l. 1. pr. l. 20. §. 1. 3. 4. ff. eod.*

§. 4. Ob quædam opera etiam Futura Nunciationi locus non est, qualia sunt quæ publicæ salutis & securitatis causa fiunt, ut si quis rivus, fontes, Cloacas, velit reficere & expurgare *l. 5. §. 11. §. 13. ff. h. t.* Vel quoties dilatio alicujus ædificii periculum est allatura *d. l. Vid. Dn. Mev. Part. 2. Decis. 180. n. 15.* Quo etiam pertinent Casus Sequentes; si quis contra imminens aquarum impetum aggerem vel molem velit extruere; Item si domum in ruinas procumbentem, juxta pristinam formam reparet *arg. l. 5. §. 11. 12. §. 13. ff. d. t.* His etenim & similibus Necessitatis casibus Nunciare Novum opus non licet. *Dn. Mevius d. l. n. 19.* qui ibidem addit in dubio satius esse ut permittatur, quàm ut impediatur Novi operis ædificatio.

§. 5. Illud hîc notari meretur, quod licet cuique jure Communi in suo solo pro arbitrio ædificare liceat *l. 24. ff. de Servit. Præd. Urban. l. 8. §. 9. C. de Servit. & aquâ*; non tamen contra formam & modum à lege vel statuto præscriptum, ædificare concedatur; Unde non licet Jure Lubecensi Mœniana (de quâ voce *Vid. l. 242. §. 1 ff. de V. Signif. Sibi Gædd. n. 2. Item Calvin. in Lexico Jurid. in voce Mœniana*;) sive Projecta, Germanicè *Xerker / Aufgebau / Ausflucht*; quæ foras parieti adstruunt solent, ut inde latior sit prospectus, extruere, ut proinde Jus
Civi-

Civile sub certâ conditione permittat in Provinciis, secus in Urbe
l. 11. C. de Ædific. Privat. Non ergo concedenda sunt alicui sine
Vicinatorum & cujusque loci Magistratus consensu, quem ait *Dn.*
Mev. ad Jus Lubec. Lib. 3. Tit. 12. Art. 1. esse venalem multis in locis,
non sine magno civitatis malo.

§. 6. Sic quoque porro non licet (a) Vel ad alterius æmu-
lationem, *id est*, eo animo, ut alteri nostro opere noceamus:
velut in vicini cubiculum aut alia conclavia prospiciamus *conf. Gail.*
Lib. 2. Obs. Pract. 69. n. 17. & 28. ædificare, Nov. 63. cap. 1. l. 3. ff.
de Oper. Publ. etiamsi id ad ornatum civitatis faciat *l. c.* Repugnat
enim Naturali Æquitati & humanæ societati ut homo homini ædi-
ficando noceat, adeò ut si contra fiat Magistratus ex officio mali-
tiæ exstruentis resistere & opus inhibere queat. *Jason in l. 8. ff. de*
Just. & Jur. §. 1. Vel (b) in nostro ædificando in alienum quid im-
mittere *l. 8. §. 5. ff. si Servit. vind. l. 14. l. 17. ff. eod.* Quo non
pertinet si quis cœcum parietem aperiat absque æmulatione, & in
alterius domum vel aream prospiciat. Nihil etenim hoc casu in
alienum immittitur. Vel (c) supra alienum solum Projecta facere
l. 29. §. 1. ff. ad L. Aquil. Aut tectum ita porrigere ut stillicidium
in vicini aream de novo cadat. Quia in operibus Novis non tan-
tùm cœli; sed etiam soli mensura facienda est. *l. 21. §. 2. ff. quod vi*
aut clam. Dn. Struv. Syntagm. Jur. Civ. Exercit. 39. Tb. 8. n. 2. & seq.
Vel (e) sub solo nostro cellam ita fodere, ut vicinarum ædium fun-
damenta labefactentur *arg. l. 24. §. fin. ff. de Damn. infect. l. 6. C. de*
Metallar. Lib. II. Dn. Mev. ad Jus Lubec. Lib. 3. Tit. 12. Art. 13.
num. 7. Contra ejusmodi ædificatores varia juris Remedia sunt
Consulatur citatus *Dn. Mev.*
præd. l.

TITU-

97

TITULUS VI.
De
FORMA ET FINE NUNCIANDI
NOVUM OPUS.

§. 1.

UT de FORMA Nunciandi nobis plenius constet, sciendum Prætorum Romanum Privatis indulgisse, ut in locum, in quo Novum opus struebatur, se conferrent propriâ autoritate quidquid ibi strui cœptum fuerat, inhibitori, quam inhibitionem Prætor tam efficacem esse iussit ac si ipse Publicâ autoritate opus inhibuisset. Eam quippe potestatem suo Edicto Privatis concessit *l. 20. pr. ff. de O. N. N.* Indè Privati quasi Publicâ Prætoris autoritate muniti, locum in quo Novum opus fiebat, ingrediebantur ac vel NUDIS VERBIS denunciabant ipsis fabricis, vel servis, vel aliis quibuscunque in opere præsentibus, ut ab opere faciendo desisterent, vel JACTU LAPILLI, (nec tamen sine omnibus verbis aut aliis signis ut bene observat *Petr. Gregor. Thol. in S. J. Lib. 4. cap. 29. n. 3.*) quem jaciebant super opus, significantes, hoc jactu, quidquid operis fuerat, perindè destructum iri ac illi lapillum è manibus projicerent, *Vid. tamen Carpz. Lib. I. Respons. Elect. 6. num. 4. & 5.* Jactum hunc lapilli longè aliter *ex Alexand. Raudens.* explicantem. Hujus solennitatis (quâ quidem hodiè in Nunciatione Novi operis non utimur) mentionem facit *l. 5. §. 10. ff. b. r.* Ut proinde unus ferè Nunciandi Modus superesse videatur, nempe ADITIO JUDICIS *Carpz. d. l. num. 6. & 7.* cujus auxilium imploramus, ut struentes quid Novi Operis nobis damno futuri ab eodem confestim desistant; licet in quibusdam locis alter adhuc vigeat modus, nempe plerumque coram Notario & testibus ad meliorem probationem in loco præsentis, ubi Novum extruitur Opus, Nunciatio fieri consuevit. *Petr. Frider. Mindan. de Mand. Lib. 2. cap. 30. num. 12. & seq.* Cui Inhibitioni nisi accedat Autoritas Magistratus, vix partes hodiè acquiescunt.

§. 2. Ex his patet Nunciationem fieri jure Romano Autoritate vel Publicâ vel Privatâ Edicto tamen concessâ *Vid. supra Tit. 1.*

C

Tit. 1.

Tit. 1. §. 2. Illa fit per Prætozem *l. 5. §. 10. ff. b. t.* quem prohibendi modum cum majori partium securitate & modestiâ conjunctum esse, quàm privatam nunciandi rationem credimus, utpote quæ litigandi occasionem subministrat: PRIVATA NUNCIATIO est, quæ fit per Partem & subdividitur in VERBALEM & REALEM, Illa est cum quis solis Verbis Novum Opus Nunciat *l. 1. §. 6. l. 5. §. 20. ff. b. t.* Cui Nunciationis speciei aliquid timiditatis subesse volunt, ideò, quod is, qui hoc modo prohibet, juri suo diffidere videatur, suspiceturque se repulsum iri, cum hâc Nunciatione adversarius prohibitus constituatur possessor *d. l. 1. §. 6. §. 10. ff. d. t.* Quod quâ ratione verum sit mox ostendetur: Illud certum est, hâc Verbali Nunciatione aliquando nos uti satius esse; nempe si actor non possideat, quem proinde nullus amittendæ possessionis metus torquere potest, nec Prætorianæ Opus Indigus est *l. 1. §. 2. ff. b. t.* aliquando vero eandem esse nobis necessariam *d. l. 5. §. 10. ff. d. t.* scilicet si quis Opus Novum in suo extruat, adversus enim eum sola hæc Nunciatio datur. *Eckholt, in Compend. ff. Tractat. b. t. §. 11.*

§. 3. REALIS est, quæ fit jactu lapilli *d. l. 5. §. 10.* Vel per oppositionem manus *l. 20. §. 1. ff. quod vi aut clam:* Quibus speciebus plus audaciæ subesse docent *dd.* eo quod per eas conservetur possessio. Hisce enim nunciandi modis qui utitur, apertè se jure suo agere in re suâ significat, nec possessione excidere velle videtur. *Conf. Gail. Lib. 1. Observ. 16. n. 18. in fin. Bocer. Class. 4 D. 18. Th. 96. Oldendorp. Class. 3. Act. 7. in pr. p. 308.* Sed scrupulum ratione harum specierum movet *Comsius in Comment. ad l. 1. §. 6. ff. b. t. Tom. 1. p. 882.* existimans præter solam Verbalem Nunciationem alias nullas superesse. Quæ enim fit per Prætozem aut jactum lapilli ipsi potius prohibitio quædam, quàm Nunciatio Novi Operis est; sed refellitur *per l. 10. ff. b. t. Vid. Bachov. ad Tr. Vol. 2. D. 18. Th. 2. Lit. E.*

§. 4. Inter hæc autem species nunciandi hæc intercedit differentia, quod Reali & Publicâ Nunciatione toties utamur, quoties alter in nostro novum molitur opus sine amittendæ possessionis formidine. Verbalis vero ad id comparata est, ut alterum in suo Novum opus facientem; sed juri nostro officientem cohibeamus, quo casu tamen ita cohibitum possessorem constituimus *d. l. 5. §. 10. ff. eod.* Id vero quâ ratione fiat non est adeò expeditum: Qui enim id ipsum quod

92

quod juris nostri conservandi causâ introductum est, contrarium operabitur effectum, nempe ejusdem amissionem? Cum itaque Operis Novi Nunciatio sit introducta juris nostri conservandi causâ *l. 1. §. 16. ff. b. t.* non potest contrarium inde sequi, & amissionem possessionis inducere: Respondet *Bachov. d. l. in pr.* Amitti quidem possessionem interim & quasi momentaneam: attamen inspecto effectu hoc modo jus nostrum, cujus gratiâ Novum opus nunciamus, integrum conservari. Cui Responsioni ut ut non aded ineptæ, hæc videtur præferenda; quod Nunciatio principaliter sit inventa ad Novum Opus inhibendum, quod alter in solo nunciantis molitur ut proinde is habeat quod sibi imputet, qui hoc Remedio utitur contra ædificantem, cum possit inhibendo opus novum, per Prætorum seu jactum lapilli possessionem retinere. Deinde docet *l. 7. §. 2. ff. quod vi aut clam, ædificantem* non tam per Nunciationem quam per satisfactionem fieri possessorem: Verum sciendum est, post satisfactionem præstitam apparere effectum quendam illius possessionis, quæ per solam Verbalem Nunciationem fuit tributa: Alii existimant per solam Nunciationem Verbalem transferri possessionem; sed cum vitio clandestinitatis & violentiæ conjunctam: per satisfactionem vero accedente Prætoris permissione fieri eandem justam *argum. l. 11. §. 1. ff. de Acqu. vel Amitt. Possess. junge Bachov. l. c.*

§. 5. Illud quæsitum est. An liceat propriâ autoritate destruere quicquid ab alio in solo nostro ædificatum reperitur? Affirmat *Bart. in l. 1. §. 16 n. 2. & seq. ff. de O. N. N.* suumque assertum ibidem AMPLIAT ut non modo procedat in vero domino; sed etiam b. f. Possessore, Emphyteutâ, Vasallo, aliisque, quibus competit plena possessio, & omnimodum jus Interdictis Possessoris contra quemcunque Utendi: Ratio hujus est, quia quod in meo ædificatur, meum est. §. 30. *Inst. de Rer. Divis.* cujus aded me moderatorem & arbitrum esse oportet *arg. l. 21. C. Mandati.* Et in confirmationem hujus sententiæ adducitur *l. 29. §. 1. ff. ad Leg. Aquil. & l. 27. pr. ff. de Serv. Præd. Urban.* LIMITATUR (1) Ut non procedat si illud ædificium habeat Fundamentum in alieno *d. l. 29. §. 1. ff. ad L. Aquil.* quo sensu etiam *l. 6. §. 2. ff. Arbor. furt. cesar.* accipienda est. (2) Si ipse ædificans incumbat posses-

fioni edificiū. (3) Nisi Nunciatio fuerit verbis facta & translata possessio. *Zæsius in Comment. ad Pandectas b. t. n. 16.*

§. 6. Pertinet quoque ad nunciandi Modum LOCUS & TEMPUS. Ac primo quod Locum attinet is clarè satis indicatur *in l. 5. §. 3. §. 16. ff. b. t.* Oportere scilicet Nunciationem fieri IN RE PRÆSENTI; sive locus sit publicus sive privatus. *Vid. quæ dicta fuere Tit. 4. §. 2.* Sed quid si in pluribus locis Opus Novum fiat? Non sufficit una Nunciatio; sed plures sunt necessariæ *d. l. 5. §. 16. ff. eod.* licet loca ad eò sint vicina ut vox nunciantis possit ab omnibus percipi. Non enim satis est vocem audiri, sed necesse est ut loca, in quibus fiunt opera nova demonstrantur. *Bart. ad l. 5. §. 16. num. 1. ff. b. t.*

§. 7. Tempus quodvis ad nunciandum est opportunum *l. 1. §. 4. ff. h. t.* modo interponatur Nunciatio antequam opus perficiatur; quin imò die feriato valet, modo periculum sit in morâ ob *d. §. 4.* generalitèr loquentem *adde l. 2. §. 3. ff. de Feriis.* Quamvis nonnullos invenias licet qui assertionem hanc restringant & excipiant dies feriatos in honorem DEI constitutos propter *l. fin. C. de Feriis* quâ diebus cultui divino destinatis admonitiones cessare expressè jubentur: Verum Legum principis eorum sententia convenientior esse videtur, qui statuunt huic distinctioni in præsentia casu non esse locum; sed affirmant Prætoriam Nunciationem procedere singulis diebus etiam feriatis, si ita postulet necessitas, quæ etiam facit, ut eo die licitum sit transigere, emancipare & manumittere *l. 8. C. de Feriis.* Quid? quod obeandem rationem Jus Canonicum capturam hæc cum videtur permittere die feriato, *c. 3. X. de Feriis.* *Vid. Gotofred. in Not. ad l. 1. §. 4. ff. b. t. Lit. S. Perez in Prælect. Cod. b. t. n. 12. item Gregor. Tholosan. in S. J. U. lib. 4. cap. 29. in fin.*

§. 8. Ut vero Causa Nunciationis in ipso actu nunciandi exprimat non est necesse, tum quia eam nullus textus requirit: tum quia valet nunciatio etiam si per injuriam facta sit, ut mox demonstrabitur: tum quia Nunciatio rectè fit non modo factis; sed etiam puero vel puella *l. 5. §. 1. §. 3. ff. b. t.* etiam non adito Prætorè. Dissentit *Bart. in l. 1. n. 9 ff. b. t.* per sequentes rationes: (1) Quod super N. O. N procedatur sicut super libello, in quo causa

causa est exprimenda. Verum Respond. Distinguendo inter ipsam
Novi Operis Nunciationem & ejus Prosecutionem, in hac, non
in illa requiritur libellus & causae cognitio (2) per l. 5. §. 14. ff. b. t.
Sed eadem est Responsio: Nec enim juramentum calumniae in
ipso nunciandi actu; sed in nunciationis executione sive justificatione
me desideratur. *Bachov. ad Tr. Vol. 2. Disp. 18. Th. 1. Lit. C.*

§. 9. Finem Nunciationis tradit l. 1. §. 16. ff. b. t. nempe
eam fieri aut juris nostri conservandi causa, aut damni depellendi,
aut publici juris tuendi gratia. *Vid. supra Tit. 1. §. 3.*

TITULUS VII,
De
EFFECTIBUS SEU HIS QUÆ
SEQUUNTUR NOVI OPERIS
NUNCIATIONEM.

§. 1.

Primum est quod utens Verballi non Reali Nunciatione
amittat juxta dicta Tituli præcedentis §. 4. possessionem
eamque in adversarium transferat l. 1. §. 6. l. 5. 10. ff.
b. t. Secundum si Actor injustè vel injuriosè nunciarit, tenetur
Actione de Dolo arg. l. 32. ff. de Dolo Malo & Actione injuriarum
l. 13. §. ultim. ff. de injur. item Interdicto uti possidetis. l. 8. §. 5. in
fin. ff. si servit. vindic. Hodie etiam cavere debet Nunciatus de
damno refundendo, per Nunciationem injustam nunciato, illato.
Dn. Mev Part. 2. Decis. 180. n. 10.

§. 2. Tertium est quod facta Novi Operis Nunciatione
sive justa sive non confecta ab opere inchoato sit ædificanti re-
cedendum. l. 1. pr. ff. b. t. l. 20. §. 1. ff. eod. Rationem communiter
reddunt Dd hanc: quod Nunciatio Novi operis speciem quandam
præferat Appellationis. Sicut enim interpolita appellatione
nihil in lite innovandum l. 1. pr. ff. Nihil innov. appell. interpos.
Vid. Schuwanman. Procefs. Cam. Lib. 2. cap. 9. n. 23. ita quoq; facta Ope-

C 3

113

ris Novi Nunciatione, nihil operis faciendum. Sed Aliis non placet hu-
 jus rigoris ratio, eo quod nullibi in jure reperitur N. O. N. Appella-
 tioni æquiparari: quin potius inter se plurimum dissident: Appella-
 tio enim fit coram iudice: Nunciatio autem Novi Operis Prætoris non
 semper indiget: Appellatio fieri debet cum causæ expressione, secus
 ostendimus requiri in N. O. N. Pendente Appellatione, nequidem
 præstitâ satisfactione, nihil innovandum est: secus est, in Novi operis
 Nunciatione. l. 5. §. 17. ff. b. 1. Quo circa ratio petenda est à contemptâ
 Prætoris Autoritate. l. 20. §. 1. ff. eod. Vid. Joban. Coraf. in comment.
 ad l. 1. pr. ff. de O. N. N. Tom. 1. p. 870. Et licet Privati novum nuncient
 opus: tamen censentur quasi autore Prætoris nunciare. Nunciando
 enim sequimur Edictum Prætoris: Proindè quidquid nunciatus post
 factam nunciationem Novi operis struxerit, id postea cogitur, ubi
 de injuriâ ædificationis satis constiterit, destruere, nisi Nunciator
 malit æstimationem ejus quod interest, recipere, quod ejus arbi-
 trio meritò relinquendum: Undè rectè monet. Dn. Mevius in
 Comment. ad Jus Lubec. Lib. 3. Tit. 12. Art. 3. n. 4. & Art. 7. n. 41. &
 sequ. In Novis Operibus iudici inspiciendam esse æquitatem ratione
 circumstantiarum, ut si structura facienti multum proffit, demolitio
 vero ejus, multum noceat: Ipsi vero Actori nihil vel parum obfit,
 non statim ad destructionem esse deveniendum; sed condemnandum
 potius ædificatorem ad aliquod solarium, sive ad id quod interest.
 l. 2. §. 5. in fin. ff. de aqu. & aqu. plu. jung. Dn. Struv. in Dissert. de
 Ædific. Privat. Th. 73.

§. 3. Quartum & præcipuum consistit in duobus Interdictis,
 quorum alterum Demolitorium seu Restitutorium appellatur,
 quo experitur nunciator adversus nunciationem spernentem, & sine
 satisfactione sive cautione interpositâ ædificando pergentem, nec
 minùs adversus eum, qui opus novum factum ratum habuit d. l. 20.
 §. 7. ff. b. 1. ad hoc ut cogatur destruere quidquid ædificatum
 sive jure sive injuriâ d. l. 20. pr. §. 1. 2. & 3. ff. eod. Mej. in C. 3. A.
 hic Th. 18. 19. & 20. Nec enim hic jus partium; sed factum
 nunciati adversus prohibitionem suam respicit Prætor: Nec so-
 lum contra prohibitum; sed etiam contra eum cui quidem nun-
 ciatio nulla facta est, modo rem habeat ab eo cui nunciatio est legi-
 timè facta interdictum competit. Cum Nunciatio N. O. non tam
 in per

in personam quàm in rem fiat *l. 10. l. 5. §. 16. l. fin. ff. b. t. Eckholt.*
ad b. t. §. 21.

§. 4. Estque hoc interdictum Mixtum & quidem ratione Nunciantis N. O. est rei persecutorium *arg. l. 20. §. 1. § 3. ff. b. t.* Unde & hæredi perpetuò & reliquis successoribus competit *d. l. 20. §. 6 ff. eod.* Ratione vero nunciati videtur pœnale eatenus scilicet quatenus propriis sumptibus & impensis ædificatum demoliri compellitur *l. unic. C. b. t.* neque hinc in hæredem datur, nisi quatenus ad eum pervenit, vel ejus dolo aliquid pervenire potuit, quo casu rectius Actio in factum quàm Interdictum locum habebit *l. 20. §. 8. ff. b. t.* De Praxi hodiernâ decernuntur mandata sine clausulâ Demolitoria seu Restitutoria & simul Inhibitoria nequid ulterius superaddatur. *Andr. Gail. Lib. 1. Observ. Pract. 16. num. 13. & 16.* quod etiam verum, licet ædificans postea de justitiâ causæ suæ docuerit *l. 20. §. 1. § 3. ff. d. t.* Unde *Paulus in l. 8. §. 1. ff. eod.* eleganter monet in testationem referendum esse, ut appareat quid postea ædificatum sit.

§. 5. Dicitum fuit Interdictum hoc Restitutorium ex parte Nunciati esse pœnale, ex eo quod is suis sumptibus cogatur opus destruere, quod verum est licet ignoret Novum opus esse nunciatum. Prætor enim non distinguit *in l. 20. pr. § 3. ff. b. t.* Nec enim debet illius absentia aut ignorantia nuncianti nocere, qui probè suo est functus officio. Noceret autem si suis impensis cogereetur nuncians Opus demoliri. *Vid. quæ in medium allata supra Tit. 4. §. 2.*

§. 6. Illud notari meretur Interdicti hujus Restitutorii duplicem esse vim: alteram ut quis eo experiri queat adhoc, ut quicquid Novi Operis post Nunciationem factum, destruarur sine causæ cognitione justè ne an injustè opus novum sit structum: alteram ut persequi Nunciator possit demolitionem totius operis ante etiam Nunciationem extructi: quo tamen calu cognitione causæ opus erit, estque tum opus restituendum in pristinam formam, quâ fuerat ante factam Nunciationem arbitrio tamen judicis interveniente *l. 21. §. 4. ff. b. t. Colleg. Jur. Argent. hîc Tb. 21.* Sed quid si Minor speretâ Nunciatione Novi Operis pergat in opere restitueturne in întegrum? *Bachov. ad Tr. Vol. 2, Disp. 18 Tb. 1.*
Lit. F.

Lit. F. putat restituendum esse, ut ne cogatur destruere opus, modo justitiam causæ suæ probare queat, additâ tamen hâc limitatione, nisi dolosè & contumâciter contemta Nunciatione in opere novo perrexerit; quo casu ipsi restitutio communi jure denegatur. At propter suam inconsultam facilitatem non statim eidem restitutio negatur, præcipuè cum credi possit Minorem, id sibi, propter justitiam suæ causæ licere, existimasse, quoniam jura illis ignorare permissum *l. 9. ff. & l. 11. C. de jur. & fact. ignomniâ.* Cujus sententiæ cum non sit à ratione juris aliena, omninò subscribendum.

§. 7. Alterum Interdictum est Prohibitorium per textum *l. 20. §. 10. ff. de O. N. N.* datur Nunciato qui satisdedit *d. l. 20. §. 12. ff. eod.* ejusque hæredibus *l. c. 20. §. fin.* Pertinet enim ad decus Urbium ædificia non derelinqui *d. l. 20. §. 10. ff. eod. l. 2. §. 17. & l. fin. ff. Ne quid in loc. publ.* nec refert jure an injuriâ quis ædificet, cum sit securus is, qui opus novum nunciavit, posteaquam ei satisdatum est. *d. l. 20. §. 11. ff. h. t.* Non autem datur ei qui quidem satis dedit; sed ejus satisfactio non perseverat *l. c. 20. §. 14. ff. b. t.* Ut si fidejussores vergant ad inopiam: si vero illi ab initio dati sint inopes, eosque probaverit Nunciator secus est. *argum. l. 4. ff. de Prætor. stipulat. l. 10. in fin. ff. Qui satisd. cogant.*

§. 8. Datur adversus eum, qui non admisit satisfactioem ædificationem coeptam prosequentem impedire conatur *l. 20. §. 10. ff. h. t.* ad id ut liceat sine ullo Nunciationis impedimento opus inchoatum perficere, donec judicetur jure an injustè sit ædificatum *d. l. §. 9. l. 21. §. 2. ff. h. t.* Est autem autem hoc Interdictum non annale; sed perpetuum *l. 20. §. fin. ff. eod. Mej. in C. A. ad h. t. Tb. 29*

TITULUS IIX.

De

MODIS QUIBUS TOLLITUR OPERIS NOVI NUNCIATIO.

§. 1.

MODI sunt duplices. Aut enim statim ab initio inutilem & planè nullam reddunt Nunciationem, ita ut impunè ea possit
con-

contemni. Aut vero principio quidem utilem eam faciunt; sed quæ per aliquod intercedens eventu finiatur & elidatur, ut postmodum Nunciato novum opus ex ædificando perficere integrum sit *l. 1. §. 2. & 4. ff. de Remiss.*

§. 2. Modi qui ab initio inutilem faciunt Novi Operis Nunciacionem potissimum hi recensentur (a) Si is forte nunciet, qui respectu suæ personæ nunciandi facultatem non habet *l. 5. pr. & §. 1. ff. b. t.* (β) Si ejusmodi novum opus fiat, quod non admittit nunciacionem *l. 1. §. 12. & sequ. eod.* (γ) Si illi quoque nuncietur, cui nunciari non licet *l. unic. §. 4. vers. ipsi autem domino &c. ff. de Remiss.* (δ) Si non iusto loco *l. 5. §. 4. ff. b. t.* (ε) Si omisâ legitimâ formâ instituat Nunciatio *arg. l. 6. ff. qui satisdare cog. Bocer; Class. 4. Disp. 18. Tb. 103. Brunneinan. in Comment. ff. ad l. 1. h. t. num. 11. & 12.* Istitis ergo in casibus Nunciaciones tanquam notoriè injustæ rectè spernuntur. *Petr. Frider. Mindan. de Mandat. Lib. 2. cap. 31. num. 2.*

§. 3. Utilis vero Nunciacionis dissolvendæ modus est Remissio *l. 8. §. 4. ff. de O. N. N.* Quæ fit Autoritate vel Publicâ, vel privatâ. Hæc fit Conventio Privatorum, *l. 1. §. 10. ff. b. t.* si Nuncians Nunciato concedat inchoatum opus perfici sive precibus sive pretio, vel aliâ de causâ citra tamen satisfactionem. Publicâ si examinato negotio iudex jus ædificandi Nunciato competere pronunciat *l. 1. pr. & l. 8. §. 4. ff. b. t.* Cujus sententiæ acquiescendum Nunciati, nisi ab eadem legitimè provocaverit *Frider. Mindanus d. l. n. 6.* Quâ tamen non obstante ædificandi facultas Nunciato datur, si præstet satisfactionem de opere demoliendo in Casum succumbentiæ. *Dn. Mevius part. 2. Decis. 179.* Remittit autem iudex Nunciacionem tribus de causis: (1) Si Nunciator noluerit jurare de calumniâ *d. l. 5. §. 14. ff. eod.* (2) Si Nunciator, qui alieno & Procuratorio nomine nunciat, non satisdederit Dominum eam rem ratam habiturum; & tandem (3) Si is, qui nunciavit, in jure nunciandi deficiat, nec illud probet, *l. 1. pr. l. 8. §. 4. ff. d. t. junctâ l. 1. pr. & §. 1. ff. de Remiss.*

§. 4. Probare autem jus suum tenetur Nunciator intra trium mensium spatium, quibus elapsis adversario præstitâ prius satisfactione de omni opere & quidem suis sumptibus destruen-

D


fruendo, si post ædificationem confiterit, cum jus Novum opus faciendi, non habuisse, in opere inchoato pergere conceditur. *Bachov. ad Tr. Vol. 2. Diss. 18. Lit. E. Perez in Cod. hinc n. 20. l. unic. C. de O. N. N. ibique Brunneman. n. 2. cap. fin. X. eod. Fachin. Lib. 8. Controvers. Jur. cap. 48. Andr. Vallens. Paratitl. Decretal. de O. N. N. num. 4. in fin. Gail. Lib. 1. Observ. Pract. 16. n. 17. Ubi addit, in Camera Imperiali ob causarum multitudinem hunc terminum, tam accuratè non observari. Jus Lubecense quatuordecim dies huic rei præfinivit, intra quos actio non tantum instituenda; sed etiã finienda est. *Dn. Mev. in Comment. ad Jus Lub. L. 3. Art. 15. t. 12. n. 23 & 25. Rectius Dn. Struv. in Dissut. de Jur. Edific. Privat. Th. 80. & Syntagm. Jur. Civ. Exercit. 39. Th. 12. ex æquitate & ipsius operis qualitate præsentem difficultatem decidendam judicat, probè ponderatis tam ex parte Nunciantis, quàm Nunciati circumstantiis, facit l. 12. §. 7. C. de Edific. privat. Vid. tamen Carpzovius Lib. 1. Respons. Jur. Elect. 7. n. 8. & sequ. item Christoph. Schyvanman de Process. Camer. Lib. 1. cap. 11. pag. 57. 58. & sequ. ubi varias de hac questione enumerat opiniones.**

§. 5. Caterum nec prætermittendum puto hanc Cautio-
 nem esse duplicem vel Satisfactionem vel Repromissionem.
 Satisfactio fit datis fidejussoribus l. 1. ff. qui satisfacere cog. l. unic. C. Gl. 20. §. 9. ff. de O. N. N. Nuda repromissio fit sine fidejussoribus l. 8. §. 3. ff. h. t. Illa præstatur huic, qui suo nomine Opus Novum Nunciat: Hæc vero illi, qui alieno nomine. *per text. alleg.*

§. 6. Extinguitur præterea Nunciatio, Alienatione
 & Morte Nunciantis, l. 8. §. 6. ff. h. t. Est enim ex parte Nunciantis personalis, secus est in interdicto Restitutorio, utpote quod hæredibus cæterisque successoribus datur. l. 20. §. 6. ff. eod. In casu scil. quo vivo Nunciante, aliquid ædificatum fuit; tunc enim Interdicto hoc experiundi quæsitum jus nuncianti, hæredibus ejus quoq; competit. *Bachov. ad Treutl. Vol. 2. D. 18. Th. 3. Lit. A. & B. qui male rejicit Dd. communem limitationem: quæ tamen firmatur. arg. l. 14. C. de Usufruct. Gl. 27. §. 1. ff. de Recept. qui arbitr. recep.* Non vero morte ejus cui Nunciatum, tollitur Nunciatio, quia ex parte illius, cui fit Nunciatio, est Realis & transit ad hæredes. *Bachov. d. l. Perez*

Vicini damno nova dum molimina fiunt
 Hinc jus fasq; *Novum*, ut *Nunciet* alter *Opus*,
 Jussit Amor Patriæ, Communis cura Salutis
 Has *Themis* alma *Theses* svasit & ipsa strui;
 Ipsa novos igitur Tibi mox decernet honores
Præmia Virtutis, digna labore tuo.

PRÆSES.



Sie Sinnen / die von Kunst-lieb brennen /
 Verdeckt der Erden, Klumpen nicht.
 Wie eine Flam die Luft durchbricht /
 So sieht man die Gedancken rennen /
 Bis daß der Fleiß den Preis erlange /
 Und in den Ehren-Kränzen prange.

Wie hat sich *Jason* nicht bemühet ?
 Doch blieb das glühne Fließ sein Lohn /
 Dis ist des *Herkuls* Fleißes Krohn /
 Daß er noch bey den Eternen glühet /
 Der Fleiß macht *Alexandern* groß /
 Deckt gleich ihn lang der Erden Schoß.

So siehet man den Fleiß belohnen /
 Was Wunder! Wann dann heut ein Geißt
 Sich noch nach dieser Kunst-lieb reißt ?
 Ob schon nicht lohnen lauter Krohnen :

Die

Die Kränze so die Kunst auffsetzt /
Sind Klugen hoch genug geschätzt.

Herr Köppe! Euer Fleiß - Beginnen
Glimt auch schon nach dem Ehren - Preiß /
Heut blüht Euch schon ein Lorber - Reiß /
Und heist der Themis Kranz ersinnen /
Wol! werdet Ihr fort so bestehn;
Wird man Euch bald bekrönet sehn!

Dieses setze seinem liebwehren Freunde
glückwünschend


Paul. Joach. Stockmann D.



Ridentur meritò vanis qui tempora curis
Et patrum sumptus pessimè perdere amant,
Laudantur contra species quos flectit honesti
Queisq; instar mortis tempus habetur iners.
Hos inter gnavos cum sis numerandus, Amice,
Hinc, precor, ut Themidos debita dona feras,

*Ita Nobilissimo Dno. ADAMO Köppen
Amico suo suavissimo gratulabundus
scribebas.*

Christianus Brandes /
Rostoch,



Perez Prælect. in Cod. b. t. num. antepenult. Colleg. Argent. Tb. 15. num. 2. Hahn. in Not. ad Wesenbec. b. t. num. 11. in fin.

92

§. 7. Solvitur quoque Nunciatio si fiat in opus jam consummatum & perfectum seu exstructum. *Ulpianus in l. 1. §. 1. l. 5. §. 2. ff. b. t. & Paulus l. 8. §. 1. ff. eod.* Idem est si fiat etiam opus in loco jam per litem pendentiâ controverso. *Petr. Frider. Mandan. de Mandat. Lib. 2. cap. 31. num. 4.* Cessat porro Nunciatio si publicè interfit fieri novum opus *l. 5. §. 11. ff. b. t.* Item si mora sit periculosa. *d. l. 5. §. 12. & seqq. eod.* Illud hic notandum: Etsi in Processu N. O. N. succubuerit Nuncians; illi tamen adhuc ordinaria Remedia legitimasque actiones superesse. *l. 19. ff. b. t.*

TITULUS IX.

De

REMEDIIIS AFFINIBUS.

§. 1.

COgnata seu Affinia Remedia quæ cum hoc Interdicto concurrunt, sunt Interdictum quod vi aut clam, cum controversia oritur de ædificio ante Nunciationem perfectâ, vel in loco publico vel privato, sacro vel religioso aut profano *l. 1. §. 1. §. 17. l. 5. §. 10. in fin. l. 17. ff. b. t. l. 50. ff. de A. R. D. l. 72. ff. de Procurat. l. 20. §. fin. ff. quod vi aut clam.* Describitur quod sit Remedium Prætorium Restitutorium *l. 1. §. 1. ff. d. t.* quo intra annum *l. 15. §. 3. ff. quod vi aut clam* petitur, ut opus nociturum in re soli alterius vi aut clam factum destruat vel removeatur. *Vid. Hahn. in Observat. ad Wesenbec. tit. quod vi aut clam.* Vi autem facere dicitur qui per vim vel contra denunciationem facit vel quidam prohibitus est, facit. *l. 1. §. 5. 7. 9. l. 20. pr. ff. quod vi aut clam. l. 73. §. 2. ff. de R. Jur. & ibi Günzel.* Clam facere videtur, qui adversarium celavit opus, neque eidenunciavit, se opus facturum, si timuit, vel timere debuit

buit controversiam l. 3. §. 7. & sequ. ff. quod vi aut clam. Trevel. Vol.
2. D. 18. Th. 4. Lit. A.

§. 2. Porro concurrit Interdictum uti possidetis
in casu quo nuncians non dominus tantum; sed & possessor est
per l. 5. §. 10. in fin. ff. de O. N. N. idque definitur quod sit
Remedium Prætorium, Prohibitorium, l. 1. §. 1. ff. Uti poss.
susetis, quo quis possessionem rerum immobilium
vel quasi possessionem rerum incorporalium tuetur
adversus eum, qui eandem sibi arrogat, vel quo-
vis alio modo possidentem turbat. Eckh. in Compend.
Pandect. Tract. ad Tit. uti possidetis §. 2. add. Duaren. ad l. 5. §. 1. ff.
de O. N. N.

§. 3. Præterea Cognationem quandam habet cum Operis
Novi Nunciatione Vindicatio Servitutis l. 1. §. fin. l. 9. & 14.
ff. h. t. sive Actio Confessoria & Negatoria l. 14. & 15.
ff. eod. item Judicium seu Actio Communi Dividundo.
l. 3. §. 1. ff. eod. l. 26. ff. de Servit. Præd. Urban. Denique &
Exceptio Pacti Conventi l. 1. §. 10. ff. h. t.

Et hisce præsentem hanc Mate-
riam pro ingenii mei tenuitate deli-
basse sufficiat. In reliquis.

DEO SOLI GLORIA.



